



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Chirothecam in urbem obsessam jacere signum pertinacis propositi de
urbe capienda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

358 De CALCEIS HEBRÆOR,
meum, aliud quid est, quam Edomum
concubabit pes meus, nempe uti cer-
vices hostium devictorum calcan-
tur, quod Chaldæus innuit. Ad
tam figuratam loquendi rationem
confugere non est opus.

Bald. de
Calc. Ant.
p. 244. &c.

Lips. in
Monitis &
exemplis
polit. c. 17.

V. I. Doctissimus Balduinus
etiam alium refert veterum morem,
ex quo sensum hujus dicti exponit.
Postquam observasset apud Arabes
calceum sibi detractum in alium
jacere, servandæ fidei signum &
pignus esse certissimum, atque ei
rei firmandæ adduxisset exemplum,
quod, referente clarissimo Lipsio,
Lusitanicæ narrant historiæ, de
Raho quodam Benxamutio, viro
inter Arabum duces insigni, qui
cum in Marochiensi agro castra &
de more familiam haberet, irruen-
tibus Lusitanorum copiis, cum se
imparem videret, dolens mæstu-
que primum uxorem patiebatur
abduci, mox vero, cum ab ea
indignabunda illi ignavia & per-
fidia exprobraretur, acrioribus in-
citatus stimulis, statim, ut de
more gentis erat, calceum sibi de-
tractum in illam jecit, & simul
equites, quos ad septuaginta rap-
tim

tim collegerat, animose cohortatus, tanto impetu in Lusitanos irruit, ut hi tandem, amissso duce, dissipataque acie, cæsi plerique aut capti fuerint, Rahus vero uxorem receperit, addit: *Et certe, non inepta uxoris recipiendæ propositi, per calceum in eam conjectum, significatio; cum, ut observavit Rabbi Immanuel in Psalmos, ubi Reges olim urbem aliquam obsidebant, in eam projicere chirothecam solerent, signum, se statuisse obsidionem non solvere, donec urbe potirentur.* Nam quod hic per chirothecam factum ait, alii per calceamentum malunt, eoque Psalmistam spectasse volunt, ubi cecinit. In Idumæam extendam calceamentum meum. *Ac si dicat, in Idumæam belli signum conjiciam, cui finem dare non est propositum, nisi prius eam in potestatem meas redegero.* Cui interpretationi favet ea versio, quæ ubi communis subjungit: Mihi alienigenæ amici facti sunt, habet, subditi sunt. Unde etiam de subjiciendis alienigenis hoc loco agi, doctiores historici sensus interpretes arbitrantur.

VII. Verum & illa, quæ observa-

360 De CALCEIS HEBRÆOR.

servavit elegantissimus Balduinus, se mihi non probant. An mos iste obtinuerit apud Hebræos veteres, ut Reges, cum urbem aliquam obsiderent, calceum in eam projicerent, in signum pertinacis propositi non solvendæ obsidionis, priusquam urbs sit redacta in potestatem, omnino non liquet. De chirotheca quoque non memini me quicquā legisse. Neque tam vetustis temporibus hæc consuetudo mihi videtur observata. Tum si vel maxime olim viguisset, non tamen ex ea exponendum videtur hoc Davidis dictum. Etenim de proposito sibi subjiciendi universam Idumæam haudquam loquitur, sed de Idumæa jam devicta triumphat.

Gatak.
loc. cit.

VIII. Doctissimus Gatakerus postquam recitasset Martini Buceri opinionem, qui sic *παρθένοις Edom erit ut locus, in quem abjiciam calceamentum meum*, etiam refert viri eruditissimi Arnoldi Botii sententiam, quam de hoc loco per epistolam sciscitanti sibi aperuit: *Quia pedes loturi homines, calceos ceno aut pulvere infectos non in medio pav-*